

Ecclesia parochialis in Buchenbach nostrae diöceseos in honore omnipotentis Dei, ejus gloriosissimae virginis Marie, Sanctorum Dionisii cum sociis suis, Albani, Erasmi, Barbare, Dorotheae et Marie Magdalene, martyrum et virginum aliorumque sanctorum omnium fundata — leidet große Mängel an Ausstattung und am Bauwesen, zu deren Befriedigung die proprie facultates ecclesiae nicht zureichen . . . Der Bischof verleiht deshalb einen Ablass von 40 Tagen ab injunctis penitentiis etc.

#### 4. Eine Urkunde zur Geschichte von Jagsthausen. 1325.

(Vgl. oben S. 26 f.)

Nos Matthias D. gr. St. Mogunt. sedis Aepisc. strenuos viros Rabenonem et Schrotonem milites et Gozonem filium ejusdem Rabenonis et Rabenonem filium quondam Heroldi, armigeros de Nuenstein in nostros castrenses hereditarios et perpetuos in castro nostra Husen, per nos noviter comparato, acquisivimus in hunc modum — quod castrum et opidum Nuenvels contra quemcunque hominem, nullo penitus excepto, apertae munitiones nobis esse debent perpetuis temporibus, et si quos homines armatos processu temporis ad eadem castrum et oppidum Nuenfels fortassis nos ponere contigerit, hoc sub expensis nostris facere debemus.

Est etiam actum quod predicti nostri castrenses nobis servire cum suis munitionibus et personis contra quemcunque perpetuis temporibus tenebuntur, eorum consanguineis, si eis injuria inferretur a Nobili viro Craftone de Hohenloch, quem Schroto et Rabeno junior ad biennium exceperunt, et nobilibus viris Conrado et Gozone fratribus de Hohenloch, quos Rabeno senior et Gozo filius suus etiam ad VIII. annos exceperunt, duntaxat exceptis.

Contra quos eorum consanguineos quamdiu justitia contentari voluerint, et contra illos de Hohenloch, quamdiu termini duraverint, iidem nostri castrenses cum eorum personis nos juvare nullatenus tenebuntur.



Quilibet etiam ipsorum secundus in armis servire tenetur, si contingeret gwerram aliquam nos habere.

Item condictum extitit, si — quod absit — cum Craftone de Hohenloch, quem Schroto et Rabeno jun. exceperunt, gwerram habere nos contingeret, tunc Rabeno senior et Gozo filius ejus cum personis suis et munitionibus nobis servire et assistere tenebuntur. Et hoc idem Schroto et Rabeno junior nobis facere tenentur, si cum Conrado et Gozone de Hohenloch, quos Rabeno senior et Gozo filius exceperunt, gwerram contigerit nos habere.

Nec dicti castrenses nostri aliquem quacunque de causa contra nos ad dictas munitiones Nuwenfels aliqualiter intro-mittent. —

Nos vero pro hujusmodi servicio XL libras hall. eis dabimus, quarum XX expediri volumus in festo 6. Jacobi Ap. quibus expeditis redditus XX librorum in bonis eorum propriis et liberis castro nostro Husen magis vicine jacentibus aut in bonis consimilibus comparare nobisque in feudum castrense hereditarium denumerare, ipsique et post eos eorum heredes recipere et more aliorum bonorum castrensi-um in castro Husen deservire fideliter tenebuntur. Postquam redditus hujusmodi sic denumeraverint — residuos XX libras ipsis debemus expedire.

Dat. Oppenheim, 30. Martii 1325.

Diese Urkunde ist für unsern Bezirk so wichtig, daß sich ihre Mittheilung aus einem seltenen Quellenwerke, Gudeni Codex dipl. III, 232 ff. gewiß rechtfertigt.

Eben das hoffen wir von der Mittheilung des folgenden Excerpts aus Mone's Zeitschrift des Oberrheins IX, 3. S. 317:

### 5. Eine Gerlachsheimer Urkunde.

1293, 25. Jan. Nos frater Gotfridus commendator Dom. theut. in Mergintheym, frater Helwicus, commendator sacre